



re mutui tantum, & sic est usura, non dicitur, quod periculum esse suspicatur. Et si est casus Capitis, Navigantis aut recipientis ultra fortem praerelationem periculi, ut primum periculi, & sic non est usura, sed licitum. Nam etiam si non mutetur, & periculum navigantis in se vellet recipere, licite possit recipere pretium periculi, ut propter hoc, quod si periculum faciat in mutando, efficitur deteriori conditio. Aut aliquid ultra fortem recipit partim ratione periculi, & partim ratione mutui. Et tunc usura est quantum ad id, quod plus percipit respectu mutui, & illud non recipit. Sicut ergo, ubi pecunia promissa, vel data est pro electione ad Ecclesiasticam Dignitatem, aut Minus, non audivit electores, si dicant se ad eligendum invitatos non fuisse propter pecuniam, quia a eis eundem eligent. Et quod si quis fuerit eorum intentio, nihilominus electio conditio funonica: ita non est audiendus creditor si ferat se non moveri ad exigendum aliquid ultra fortem ratione mutui, quia alias mutuum erat datum, sed nihilominus Usurarius est considerandus, ut dicitur cap. Navigantis. In hoc autem conscientiae, si creditor dicit se non recepisse aliquid ultra fortem ratione mutui: seu ea intentione, ut lucraretur ex mutuo, sed velut primum periculi, quod suscepit, ipsi fides adhibenda est.

De Usuris

Maritimam commercium.

De usuris.

ARTICULUS IV.

Licitum est, & ad usura vitia, sanarique labe purum commercium Maritimam in Cantuariis Alascarationum institutum, in quibus minor, vel majori pretio marces navibus vestra emanant pro majori, vel minori periculo, cuius navis illa esse suspensa.

Cum enim merces illa iusto pretio, secundum communem estimationem, speculatis periculis emantur, & minus lucrum idque certum assecurari possit, pro majori, sed incerto, nihil in huiusmodi contracta esse videtur, quod iustitiae repugnet. Id confirmat S. Anton. 3. P. Tit. 7. cap. 3. §. 1. hanc Calam proponant: Petrus bibit mille florinarum valorem mercimonium in Navide Anglia, Flandria, vel Hispania Pisan deferendus: dubitat, vel timent de submersione Navis vel captura a Piratis: aut, vel esset Martinus quinque, vel decem pro centenariis plus, vel minus, secundum quod plus, vel minus timeret de periculo, pro securitate super his fundis, cum assensu, sumunt in se periculum illius luri. Ille igitur Martinus accepit illi quinque, vel decem pro centenariis, si merces salvo condantur, sibi veniente illud lucrum ratione illi securitatis. Sed si Nervis periret, vel captivitate ad hostibus, Martinus reverteret de mille florinis pro securitate facta, licitum reputatur tale lucrum ratione periculi, quod subit. Nec enim potest dici esse mutuum, cum nil mutetur: nec lucrum turpe, cum nec invenitur prohibitum, & illicitum de se: nec hominum: nec ob cap. NAVIGANTI, De Usuris, quia illud habet lucrum, sed licite suscipiunt in se periculum mercimonii, si aliquid percipit de meribus, dicitur usura, quando dicitur illud peti non ratione periculi, sed ratione mutui facti, cuius sunt merces. Et idem dicitur de mercibus deferendis per terram, per lora periculosa.

REGULA V.

Sola debitoris mora non est legitimus titulus, ut aliquid ultra fortem exigatur, nisi dampnum acceptum, aut lucrum interceptum concurrant.

Lucrum enim ex mutuo exigere, ac percipere non potest creditor obque usura vitio, sed si aliquid compensationem ejus, quod sua interest: unde si aliquid ultra fortem exigat, vel percipiat, eumque post mortem debitoris, nullo interveniente dampno, nullum lucro cessante, usuram committit. Idque leges confirmant. Ait enim Paulus Jurisconsultus lib. 23. Dig. Tit. De Usuris, l. 17. §. 3. Usura non propter lucrum periculis, sed propter moram solvendum infligitur. Et Pomponius Jurisconsultus lib. 17. Tit. Pro Socio, l. 60. Socius (inquit) quis in eo, quod ex societate liceat faceret, reddendo moram adhibuit, cum ea pecunia ipse usus sit, usuras quoque eum praestare debere laborat, sed non quasi usuras, sed quod loci interest, moram eum non adhibuisse: sed si aut usus ea pecuniam non sit, aut moram non fecerit contra esse.

Sed nec compensationem ejus, quod interest creditoris, sufficit, ut aliquid ultra fortem percipere possit, nisi debitor in mora solvendi sit constitutus. Si enim creditor compensationem ejus, quod interest, ante mortem debitoris exigere, in fraudem Legis fecerit, & usuram prohibentis facere censeatur.

Mora triplici modo fieri potest: vel ex persona, vel ex die adjecta, vel ex re ipsa: ex persona quidem, cum credi-

tor convenienti loco, & tempore debitorem impellat, ad moneteque, ut solvat, quod debet: ex die adjecta, cum dies solutionis dicta est: dies enim impellat pro homine, secundum Legem Trajaneam, 23. Tit. De Obligariis, & Adhibitis, Lib. 44. Dig. Item. Denique mora fit re ipsa, cum lex debitorum in mora constituit, ut in minorum causis, l. In minorum, c. Tit. In quibus causis in interram, & in rebus necessarii non est. Verum quomodo in aliis regionibus sufficiat quilibet ex his tribus impellationibus a creditore facta, ut debitor in mora esse censeatur culpa sua, adeoque ab ipso iuste possit exigere id, quod interest, ad quod tenetur; in Gallis tamen, ubi secundum Regis Constitutiones judicatur, sola impellatio juridica morosum debitorem obligat ad solvendum id, quod interest creditoris, ratione morae, ab dampnum scilicet emergens lucrumve cessat. Et ad die dantur etiam denuntiationi vadimonii vel petitionis apud Iudicem declarate, & interveniente Sententia Iudicis penam moroso debitori impemant, & legitimam usuram creditoris dampnum passio adiudicantis, potest creditor compensationem dampnorum, & ejus, quod interest, exigere, & percipere, ut Aurelianensis Constit. Caroli IX. Regis Christianissimi art. 60. sancitum est; alioqui in fraudem Legis sicere censebitur, lethalisque peccati reus erit, & restitutioni obnoxius.

REGULA VI.

Omnis piana conventio partium mutuo adjecta, usuraria censenda est, nisi debitis conditionibus ab usura labe, ac suspitione huiusmodi conventio purgetur.

Cum enim Lex Divina, Canones Spiritu Dei conditi, Regiae Constitutiones, & accessionem omnem forti adjectam prohibent; profecto quicquid mutuo adijctum, in fraudem Legis Divinae, & Canonum, Regiarumque Constitutionum adiectum censetur, & tamquam iniquum, & usurarium reijctur; nisi ad compensationem ejus, quod creditoris interest, revocari possit. Cum autem eo nomine pena mutuo adijctur pacto, & transactione creditoris, ac debitoris, ut si debitor in solvendo praestituta die fuerit negligens, aliquid solvere cogatur ultra fortem, Sententia Iudicis ad penam dampnatos ob solutionis dilationem: certe condiciones conventionem illam comitari debent, quarum defectu usura esse. Prima est, ut penam illa simpliciter animo, & sine fraude adjecta censetur, id est, eo solam animo, ut debitum praestituta die recipiat, proprium verum, ut verisimile distinet, non vero, ut ex matro lucraret. Secunda conditio est, ut penam mutuo adijctur pro estimatiōne veri, aut verisimili dampni emergentis, vel lucrifectio- nis, nec modum Constitutionis Regis definitum excedat, ac superet. Quod & Romano Iuri consonant est Tit. D. De Usuris, l. 44. cuius haec sunt verba: Pactum pro usuris stipulanti nemi supra modum usurarum licitum potest. Et Cod. eod. Tit. l. 15. Cum allegat exortem sumis ea conditione mille avarorum numero quantitate summissis, ut si intra diem certum debito satis non fecisset, cum pecunia quadrupli redderet, quod accepit: iura forma non paritur legem contrarius istius ultra partem legitimam usurarum posse procedere. Iuri nimirum publico pavorum pacta de-rogare non possunt. Tertia conditio est, ut creditor certus non sit, neque probabiliter iudicet, debitorem praestitito tempore imputari futurum ad solvendum debitum: tunc enim pensio usurario animo mutuo adijcti censetur, cetera nulla futura culpa praevideatur. Quarta conditio est, ut pena nomine nihil ultra fortem exigatur, si ulla debitoris culpa interveniat. Igitur pena conventionalis iuste exigi non potest a debitore, qui obque culpa sua non solvit, qui nimirum non habet, unde praestituto tempore solvere valeat, nec culpa sua in talem impotentiam incidit: Inique enim exigitur pensio, ubi nulla intercedit culpa.

Simplici autem animo, & absque fraude penam conventionem mutuo adijcti creditor non censetur, qui pene invito debitori penam illam imposuit, aut pecuniam mutuo dedit ea conditione, ut aliquot post dies debitor solvat se contra Iudice, sequi ad id, quod interest, condemnari censeatur. Cum enim id fiat in usurum fraudem, eam conventionem usurariam esse manifestum est.

REGULA VII.

Constitutio Regia, & Sententia Iudicis non sunt legitimi per se tituli, ut aliquid ultra fortem a debitariis sine usura vitio exigatur.

Constitutio namque Regia, & Sententia Iudicis sola praesumptio nuntiant dampni accepti, vel lucrif facti a creditore; ad cuius compensationem definiunt, vel adijcunt id, quod interest: quomobrem si creditor nullam dampnum patitur, nullo lucro privatur, nihil ultra fortem exigere potest, ac percipere; cum Jus Divinum, & Naturalem mutare, ac avertere Constitutio Regia, & Sententia Iudicis non possint, nec id Christianissimi Reges intendunt, qui usuram, & scelus omne Edictis suis damnaverunt, ac proscriperunt, penis gravissimis in feneratoribus constituis, itaque si debitoris mora nullam dampnum intulerit, nullam lucrum

lucrum intercepterit creditor, nihil ultra fortem sine usura vitio, legitimeque labe exigere potest. Si autem creditoris interest, debitorum in mora solvendi fuisse, exigere, ac percipere aliquid potest, non tamen ultra modum Compensationis Regia, Iudicisque Sententia definitum, quamvis forte creditoris plaris interest, quantum Constitutio Regia, aut Sententia Iudicis definiunt. Tenetur enim in hisce rebus parere Legibus Civilibus, & Constitutionibus Principum, qui usum ipsum exigende compensationis ob dampnum emergens, aut lucrum cessans ex mora creditoris, propter utilitatem publicam moderari sunt, ne in infinitum progrederebunt: sive (ut loquitur Justinianus, l. unica C. De Sententiis, qua pro eo, quod interest, profertur.) Ne in circuitus inextinguibiles redigantur, ac dum in infinitum computari reducitur, pro sua impossibilitate cadat. Cum sciamus, inquit, esse naturam congruam, & tantummodo parvas diti, qua vel condempnent moderantur profertur; vel a legibus ratio sine conclusa statuatur. Denique si dampnum emergens, aut lucrum cessans minus est, quam id, quod Constitutio Regia, aut Sententia Iudicis definiunt, et si totum creditoris exigere, & percipere non potest a debitore sine usura vitio. Fallitur ergo qui putat Constitutionem Regiam, & Sententiam Iudicis ius habere creditorum, ut quicque ultra fortem in centenas singulis numeris accipiat, etiam nullum dampnum passus sit, nulloque sit lucro frustratus; aut eoque licet iniquum estimandum sit dampnum acceptum, lucrumve interceptum, quam compensatio adiudicata creditori de mora debitoris consequenti.

De usuris

REGULA VIII.

Pactum Legis Commissoriae in eo positum, ut creditor pignori accipiat pro mutuo, vel alio debito, ea conditione, ut si debitor praestitito tempore non solvat, pignus illud fiat ius creditoris pro venditione, sive in seipsum, aut in solutum datione, usurarum.

Ultra fortem enim aliquid exigere, vel accipere iniquum est, iuri Naturae, Divino, Ecclesiastico, Civili contrarium, usurarium. Hanc Regulam confirmat Innoc. III. cap. Significante, & Ext. De Pignoriis. Cuius quidam Pifaris domum suam concipi eandem suo pro ducentis quinquaginta libris pignori obligaverat, promerisque praestituro jamento, quod nisi domum ipsam praestituro tempore redimeret, eam non redeteret a creditore. Debitor itaque statutum tempus per certum, & fidelem (ut videbatur) numerum, pecuniam numeratam creditori remisit; quam tamen idem numerum infideliter agens non persolvit. Postmodum vero idem debitor, qui domum suam oppignoraverat, & Imperator decessit, dicto creditori satisfecere non potuit, ut debebat. Causa ad Innoc. III. delata, respondit Summus Pontifex: Pactum Legis Commissoriae in pignoriis illicitum esse, & iure improbatum, adeoque creditorem Centenus Ecclesiasticis cogendum esse, ut forte contentus, fructibusque sua pignoriōnis in eam computatis, domum oppignoratam restitueret debitori. Cuiusmodi pactum, inquit, pactum Legis Commissoriae sit in pignoriis improbatum, & reijctum, quantum in eo fuerit, juramenti debitum adimplevit: cum per eum, quem certum numerum esse sperabat, pecuniam remisisset termino fixo, sed in captione detentus satisfecere non potuit creditore; mandavit, quatenus si esset ita praestituro creditorem, ut forte contentus, pignoriōnis pignoris computatis in eam illam praestituro. Omnia dilatione postposita resignat, Pacto talis, vel iuramento usuarumque obstante, Censura Ecclesiastica cogati.

Idem confirmat Concilium Mediolanense l. l. de Si Caesio Rovomae, P. 2. Tit. De Usuris, vetans Neores iudicio, pretio pignori datur, vel vendatur pacto redimendi intra certum tempus, ut si ad dictum tempus res venditio non fit, res libera sit emptoris, vel ejus, qui pignoris accepit. Idem confirmat iisdem verbis Concil. Burdigalense anno 1583. Tit. 31. De Usuris, & illicitis Contractibus, & Conventus Melodunensis, Ecclesiae Gallicanae Tit. 34. De Usuris.

De usuris

Pactum Legis Commissoriae.

De usuris.

REGULA IX.

Usurarius est, quicumque creditor pro securitate debitis ex mutuo contractu recipit a debitore pignus frugiferum, & fructus interitus percipit, vel quot, adhibita diligentia, in rebus gerendis a viris prudentibus adhiberi solent, percipere possit, in seipsum non computat: teneturque ad omnium huiusmodi fructuum restitutionem.

Hec Regula nimirum cap. Plures, Ext. De Usuris, quod est Alexander III. in Concilio Turonensi Decretum, Nri. Alex. Theol. Tom. II.

Nullus (inquit) constituitur in Clero, vel hoc, vel aliud genus usura excipere presumat. Ex si quis aliquem possessionem data pecunia sub hac pecti, vel conditione in timent accepit, si spem suam, de ductis exortis, de fructibus tam percipiat, eo recepto, possessio libere ad dominum revertetur. Et c. Conquistus, idem Pontifex Abbat, & Monachus S. Laurentii hunc in modum respondit: Dispositionis vestrae mandamus, quatenus si terram ipsam titulo pignoris demerit, & de fructibus ejus fortem percipitis, praedictam terram Clerico memorato reddatis, nisi terra ipsa de feudo sit Ministerii vestri.

Idem conhemat Innoc. III. cap. Cum contra, Ext. De Pignoriis, cuius haec sunt verba: Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutione solis accedat, cum secundum Canonicas Sanctiones fructus restitui, & in fortem addeantur computari: considerantes etiam, quod possessiones ipsa jam extenuantur penitus totum onus, & adhibere annuissent: ipsi tibi restituenda esse duximus. Nimirum etiam haec Regula l. 1. Cod. Tit. De Districtione Pignorum, cuius haec sunt verba: Fundum pignori obligatum, si creditor ex fructibus adhibuit consecutus est, cum ipse iure pignus ab obligatione liberatum sit, distrabere minime potest. Cum igitur fructus ex pignore percepti, vel culpa creditoris non percepti, computati sunt in fortem, ipsaque adquant, tenetur creditor pignus reddere debitori; nec potest absque usura erimine summam capitale repetere. Quoniam modum enim omne incommodum, quod fortuito advenit pignori, ad debitorem dominum ejus pertinet, non ad creditorem possessorem: sic equum est, & omne commodum ut rei fusi ei reddere. Nam secundum naturam est, ut quem sequuntur incommoda sequantur & evanida, l. Secundum naturam, Tit. De ad Remitti Juris, & cap. Qui ferit, eodem Tit. in sacro. Quare, & fructus modici tamen restituendi sunt debitori, vel in extensionem fortis principis computandi; quia quicquid ultra fortem mutui recipiat, usura est: Unde Concil. Parliense c. cap. 53. istud etiam Usuram genus excipere, & damnata sunt tamen, inquit, nisi creditissimis feneratoribus, qui tempore necessitatis nihil commodare pauperibus volunt, nisi nullam illi usura, & vineolas, & praedia, ea ratione in pignus dederunt; ne quicquid frugum in usura colligi poterat, pro partu, quod pignorum accepimus, ex esse amittant.

De Usuris

Fructus ex pignore percipiendi sunt.

Præterea, cum quid una via prohibetur alicui, ad id aliam non debet admitti, ut habet Regula Iuris 74. in sexto. Cum igitur usura directe vitia sint, ex fructibus occasione pignoris percipi oblique non debent. Et sicut directe prohibitum est ut pignus legis Commissoriae in ipso pignore, sic & Fructus ex fructibus ejus, emendatam ergo Jus est, quod olim obiter numerat, scire creditoribus sibi retinere pignoris, non soluta & debitore flata de pecunia, & nihilominus petere debitum, ut refert Dio Cassius, lib. 47. Quo finavit & Plurarchus, lib. 6. Quod non sit sanandum, dicitur, Advenientibus Calendis, nec solventibus debitoribus, nec ipsam Jovem de manu creditorum pignora salvare posse. Statuit autem Julius Caesar, ut refert Dio, oppignoratam quidem in solutum cedere, sed estimatiōne facta, delectis etiam Iudicibus forte, qui ea estimant: Quenamvisolum Alexander quoque Caesar eivit l. l. C. De Pignoriis, nisi amplius iura tati creditori per collisionem pignoris, quam Jus commune daretur in venditione, non improbatum tamen pactum in traditione pignoris apponitur, ut si intra constitutum tempus pecunia debitor non fuerit soluta, creditor possidet rem iure emptionis iusto pretio nunc estimandam, quo casu venditionem conditionalem esse Jure receptum est, lib. 20. D. Tit. 1. De Pignoriis, & Hypothecis l. Si fundus, §. 9. Potest ita fieri pignoris datio, hypothecae, ut si intra certum tempus non fit solutio pecuniae, iure emptoris possidet rem iusto pretio tunc estimandam: hoc enim casu videtur iusto modo conditionalem esse venditio. Et ita Severus, & Antoninus restituerunt. Idem confirmatur ex l. Titius, D. De Contrahenda Emptione, & Venditione, l. 18. Tit. 1.

Fructus autem in fortem computandi sunt, pignusque reddendum adaequata sorte, deductis tamen expensis necessariis. Necessariae autem impensae dicuntur, quibus non factis res oppignoratæ erant periturae, vel deterioris futurae, veluti aedificia ruentia reherere, ohyets rejecta restaurare, arbores curare, aggeres facere, flumina avertere, stipendia, & tributa ob rem oppignoratam solvere. Utiles tamen impensae deducere jure est, quae meliorem rem faciunt, & ex quibus redditus domino acquiritur, non vero voluptuarias, quae speciem duntaxat exornant, non etiam fructum augent, lib. Impensa, 79. D. Tit. De Verborum significatiōne.

Hanc Regulam confirmat S. Thomas, 2. 2. qu. 78. art. 2. ad sextum. Si quis, inquit, propinqua sibi mutuat obli- get rem aliquam, cuius usum pretio avarius potest, debet usum illius rei esse, qui mutuat, computare in restitutionem ejus, quod mutuat: aliquid si usum illius rei quasi gratis sibi superaddidit velis, idem est, ac si pecuniam repereret pro mutuo, quod est usurarium.

E e R E



etiam non reperitur emptorem? Insuper talis est quando...

Hae difficultates olim propositae sunt s. Thomae a Lectore Florentino...

Proposito damnata.

Denique Innoc. XI. Pontifex Maximus anno 1679. inter alias pravi dogmatis Propositiones...

REGULA XVI.

Usura est, ob anticipatam solutionem rem minori emere justo...

Hanc Regulam tradunt Conc. Mediolanense 1. sub s. Carolo Borromeo...

Item confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. cap. 8. s. 1. Si emptor...

REGULA XVII.

Si quis oblatas res a loco, & tempore pecuniarum, etiam dotales...

In hac enim hypothesis damnum acceptum, vel lucrum interceptum non est...

sortem. Unde hanc Regulam ipsidem verbis tradunt Conc. Mediolanense...

REGULA XVIII.

Usurarius est contractus, quo decem, aut plures, vel pauciores frumenti...

Fœneratitiam illam negotiationem damnat Conc. Parisiense sextum anno octingentesimo vigesimo nono...

De Usuris.

Item Usurae genus dicitur cap. In Chretate, & cap. Consultat, Ext. De Usuris...

REGULA XIX.

Tutores, & Curatores ex pecuniis Pupillorum mutuo datis exigere...

Quod enim secundum se malum, Naturaeque, ac Divinae Legem prohibuit...

Id confirmat Conc. Mediolanense 1. sub s. Carolo Borromeo, Tit. De Usuris...

Conc. Mechliniense anno millefimo quingentesimo septagesimo, Tit. De Usuris...

Conventus Melodunensis Ecclesiae Gallicanae, Tit. 34. De Usuris: Curandum...

Ecclesiae Gallicanae doctrina de Usuris pecuniarum pupillorum.

Conc. Bardigalense anno quingentesimo octogesimo tertio supra millefimum, Tit. 31. De Usuris, & illicitis Contractibus...

Ita censet Sacra Facultas Parisiensis, idemque respondent quotquot in ea sunt Doctores...

Verum (inquit) Tutor, aut Curator a Iudicibus condemnabitur ad solvendum Pupillis, quod interest, si ve legitimas usuras...

De Usuris tutorum.

Idem Usurae genus dicitur cap. In Chretate, & cap. Consultat, Ext. De Usuris...

Hanc Regulam confirmat S. Th. seu supra Actor Opusculi 73. c. De Usuris, cap. 12. Sitores Pupillorum, inquit...

Idem confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. c. 7. s. 5. & s. 8. additque...

Idem confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. c. 7. s. 5. & s. 8. additque...

Idem confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. c. 7. s. 5. & s. 8. additque...

pillorum, fideliter agendo. Sed si nomine Pupillorum pecuniam eorum exponant...

REGULA XX.

Usura mentalis reus est, qui dat Mutuo pecuniam ea intentione, ut recipiat...

Nicitur haec Regula, c. Consultat, Ext. De Usuris, quod Urbani III. Responsum est...

Hanc Regulam confirmat S. Raymundus, Lib. 2. Summae Tit. De Usuris, §. 4. Item...

REGULA XXI.

Aliquid pretio estimabile ex mutuo pacisci, percipere sperando ultra sortem...

Ita docet S. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. in Responsione ad tertiam Objectionem...

Sed nec obligatio mutuum dandi altera vice propter mutuum datum debitori...

Idem confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. c. 7. s. 5. & s. 8. additque...

Idem confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. c. 7. s. 5. & s. 8. additque...

Idem confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. c. 7. s. 5. & s. 8. additque...

Idem confirmat S. Antoninus, P. 2. Tit. 1. c. 7. s. 5. & s. 8. additque...

REGULA XXII.

Usuras legitimas, non dum persoluitas, in sortem convertentes, novus qui ex illis Usuris exigeret...

Id enim utroque Jure, Ecclesiastico; & Civili est prohibitum...



de qua emisset tot capita. Si autem vult partem lucri saluo suo capitali, usura est: quia illud lucrum vult ratione mutui...

De Usuris

In iusta parte in societate animalium

Verum cum animalia locentur, & conceduntur ad usum fructum, pro certo pretio, vel pecuniis, vel ipsorum animalium fructibus exsolvendo...

Quarto, pecora traduntur alicui in societatem, & hoc eam variis modis, inquit s. Antonius, & quandoque iuste, quandoque iniuste...

Respondet S. Archiepiscopus, si tradens dicit pecora veluti capitale suum saluum, gregem perditur, & si non perit in presentibus, tunc nihilominus perit de fructu pecorum...

Respondet, Non tenent, si damnus ex natura contingat, quia periret erant peritura, si apud Petrum transissent, nec Joannes illarum custodiam, curamque suscepisset...

nes rutilius restituit Petro quingentas libras. Sed si damnus provenit ex culpa Joannis rutilii, tenetur ipse Joannes ad restituendum totum capitale...

Ex his omnibus colligitur, Societatem animalium ea conditione initam, ut totum periculum sortis, damnaque sit penes recipientem, usufructum esse...

REGULA XXVII.

Usurarius est, qui ex alienis necessariis occasionem capiam, quibus rutilius equum alioquin pecorum numerum cum minoris...

Mutuum enim virtuale in illo Contractu intercedit, ex quo quidem materia ratione aliquid ultra sortem exigit, re ipsa traditur...

REGULA XXVIII.

Usurarius Contractus est, quo aliquid alieni tradit pecora affirmata in societatem sua conditione, ut capitale sit reddendum...

Mutui enim potius quam societatis Contractus est, ex quo aliquid ultra sortem exigit, accipere, vel sperare nemo potest oblique usura...

REGULA XXIX.

Contractus, quo animalia ad arandum arantur, & alia id genus grandiora, ut boves, & vaccae, in societatem traduntur...

Hinc Regule plurimum lucis afferret expositio Casuum quorundam, s. Antonii Responsis firmata, 2. p. tit. 1. c. 7. §. 41. & sequentibus.

De legitimis & illicitis partibus contractibus societatis animalium

De Usuris

In iusta parte in societate animalium

De Usuris

Mutuum dare incipit, seu Toparcha, ut ab ipso temporale obineatur Officium, Usura est.

Hanc Regum tradit S. Th., Opuculo De Regimine Judaeorum, ad Iliciam Brabantie. Quarebat inquit S. de Ballivis, & Officialibus vestris, si liceat eis Officia vendere...

Respondet, Tale Contractum esse locationis, & legitimum esse, modo tamen lucrum respondeat utilitati, quae ex bobus redundat in recipientem...

Quaerit tertio, Utrum legitimus sit Contractus, quo Petrus locat Joanni duos boves aratorios, ea conditione, ut anno integro colat ibi duodecim pericas terrae...

Quaerit quarto, Quid juris, cum Petrus tradit Joanni vaccam unam aratam decem libras, ea pactione, ut ipse Joannes illam, omnemque fructum ejus, & sacrum debita diligentia servare...

Respondet, Contractum hanc iniquum esse, & illicitum, quia multo potior est conditio locationis, quam conductoris. Contingere enim potest, ut postquam Petrus sortem suam receperit...

Quaerit quinto, Quid juris, si Petrus locat Joanni duos boves aratorios quibus forensis, ea pactione, ut ubi conseruerit esse dare pro duobus bobus duodecim sextaria frumenti...

Respondet, licitum esse Contractum, si bovum opera locatur, & periculum deteriorationis locator suscipit, boves enim arando deteriores fiunt...

Quaerit sexto, Utrum legitimus sit Contractus, quo boves rutilio traduntur, ea pactione, ut pro eis viginti sextaria frumenti quovis anno solvantur tradenti.

Respondet, licitum esse Contractum, si bovum opera locatur, & periculum deteriorationis locator suscipit, boves enim arando deteriores fiunt...

CAPUT VIII.

De Luxuria.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit, & quam grave Peccatum.

Luxuria peccatum est, quo venera voluptas supermodum, & contra legem naturalem, & divinam appetitur, & percipitur. Ubi nempe veterorum secundum se non est illicitum, si debito modo, & ordine fiat...